SI Mihi liceret ; licet humili omnia licent, dicerem dignaris, vtriſque præeſſe polis : Non Patruus, ſed Pater vocaris meritò meus ; igitur ut Pater protege Theſes meas : Exiguum eſt munus : at cum ſis inclytus D. D. FRANCISCUS LOPEZ, & BUENO hujus almæ Eccleſiæ munificus Portionarius, Tibi aff.ctum, non factum, morigerari velis.

D. D.
NEMESIUS
LOPEZ, & BUENO.
J. R. S.

JURIDICÆ ELUCUBRATIONES, EX II. YMP. INST. LIBRO ENNODATÆ.

TESTAMENTUM antiquitate Jus Civile præcedere Gen. *Cap.* 35. habetur, perſpicuè autem illic legitur. *Abrahamum Filium ſuum Iſaacum hæredem inſtituiſſe exclusis Concubinarum Filiis.* Poſt introduction.m verò Iuris Civilis quaſdam ſolemnitates ab ipſomet acquiſivit ; Quæ autèm in Teſtamemto Scripto pirtím ex eius difinitione ab Ulpiano *Lib. II. Pandectarum* tradita colliguntur, partìm autém rogatus in Paleſt. In Teſtamento autèm nuncupativo tamquâm principalis baſis requiritur quód Teſtator ſua voce nomen hæredis exprimat, minimè autem per relationem ad Schedam, aut quovis alio modo.

SICUTI non omnes poſunt Teſtamenta condere, ita quoque nec Hæredes inſtitui, ſic Deportatì, Damnati in metallum, Apoſtatæ, Hæretici, Anabaptiſtæ, & alij de quibus rogatus dicam Teſtamenti functionem paſivam non habent. Servus itaquè à Domino hæres inſtitutus, & libertatem, & hæreditatem adquirit, ſi autèm alienus ſuo Domino adquirit. Ad comodám Hæreditatis diviosinem quando nempé Teſtator plures ſed ín æqualiter hæredes inſtituit, grandis eſt diviſio à JUSTINIANO tradita, ſecundùm quam Hæreditas in XII. uncias diſpeſcitur, quæ nomine propio *pondus* ſeu *libra* appell. de quo in Circo.

CUM Teſtamenti factiō ſit de genere permiſorum, omnes poſunt Teſtamenta condere qui ſpeſiali iure non prohibentur. In ſpecie autem prohibentur Filii familas, etiamſi Patris conſenſus accedat niſi ſit de peculio caſtrenſi vel quaſi tali : Quin ex hoc inferas etiam de peculio adventitio extraordinario teſtari poſſe. Etiàm prohibentur Impuberes, Furioſi, licet Teſtaméntum ab hoc ante furorem factum per ſubſequentem furorem non infirmetur. Demûn teſtari prohibentur Prodigus, Mutus, & Surdus á natura, & captus ab hoſte.

VISO de validitate Teſtamenti tum quoàd cauſam formalem, tum quoád efficientem, videamus de eius invaliditate. Teſtamentum ergô aliquandò Ruptum, aliquotiés Iritum, & demùm Injuſtum. Rumpirur Teſtamentum agnatione ſui hæredis, aut poſteriori Teſtamento Jure perfecto, & omnibus ſolemnitatibus inſtructo. Irritum conſtituitur per capitis diminucionem Maximam, vel Mediam, minimè veró per Minimam, ſola excepta adrogátione. Injuſtum deniquè Teſtamentum fit propter omiſionem cuiuſlibet ex ſolemnitatibus requiſitis.

PRINCEPS. QUESTIO.

Teſtamentum nullum in *Foro Fori* propter omiſas solemnitates extrinſicas tenet in *Foro Poli*.

ANtichecnos adverſus prædictas Elucubrationes laborantes concitat ad Prælium qui ſupra Operam impendens in Orcelenſi Univerſitatis Theatro ſub Auſpiciis
D. D.
JOSEPHI PEREZ,
& CABRERO.
J. P. D,
Dse Martij Ann.
MDCCLXXI.

Vt. Dr. D. Marcellus Miravete, Inver. Univ. Rec.

Cum facultate Sanctę Inquisitionis.
Imprim. Cavallero.

D. Joachimus Rodriguez de Munera, Inventor.

Alagarda d. O sculp. Oriole P. C.

R. 20.832

C.D. 2016